

Actio (vt dicitur Aquinas opinio) est in patiente

Liber

Tercius

Ar. Si actio et passio sunt vnus motus. et non differant nisi secundum rationem. vt dictum est. videtur quod non debeant esse duo predicamenta cum predicamenta sint generalia. Tenet prima. quia illa quae veniunt in vno tercio singulariter et vniuociter tenent eadem inter se. sic est de actio et passione et motu. quia motus actio et passio sunt vni numero. sed non distinguuntur actio et passio predicamentaliiter. Sed in hoc argumentum probatur quod actio et passio sunt idem sicut philosophus accipit ea. et vt sic non sunt distincta predicamenta. et procedendum est quod non distinguuntur vt sic predicamentaliiter. Sed si accipiantur logice tunc distinguuntur predicamentaliiter et realiter. quod dicit doctor sanctus in isto loco vbi etiam ponit sufficientiam predicamentorum. quod quibus morus sit vnus tunc predicamenta quae sumuntur secundum motum sunt duo secundum quod a diuersis rebus exterioribus sunt predicamentales denotationes. nam alia res est agens a qua. sicut ab exteriori. sumitur per modum denominationis predicamentum passionis. et alia res est patientis a qua denominatur agens.

Ar. Actio fundatur in motu. vt dicitur Gilbertus per. sed idem non fundatur in seipso. sed non sunt idem actio et motus etiam philosophice loquendo. Sed in hoc actio et passio accipiuntur philosophice. tunc adhuc accipiuntur dupliciter. vno modo secundum id quod fecerunt philosophice. et sic sunt motus vt dictum est. et non fundatur actio in motu. quod idem non fundatur in seipso. Alio modo accipiuntur secundum philosophos et notatas siue relationes. et sic est verus quod actio et passio fundantur in motu. quia ille relationes in ipso fundantur. nam relatio forme ad agens fundatur in forma sicut relatio in relato. Et sic potest intelligi quod dicitur auctor sex principiorum quod actio et passio fundantur in motu secundum illas relationes. Sed si actio et passio capiuntur logice. tunc morus potest fundatur in actio et passio in motu. quia agens per actioem suam est principium motus. quia agens facit formam in patiente. quod est motus. Exempli gratia oportet plus in igne intelligere calefactionem actiuam quam est actio predicamentalis antequam ignis intelligatur agere calorem in aqua quod est motus. et sic motus fundatur in actioem sicut in principio per se. Et tunc verus quod accidens potest etiam actio predicamentalis essentialiter fundari in motu. in quantum scilicet forma acquisita per motum. quod est motus est principium alicuius actioem patientis. Exempli gratia. calor receptus in aqua est motus et ille calor potest esse principium actioem. scilicet vel calefactionis carnis vel alicuius alterius.

Ar. Vt actio sit subiectiue in agente vel patiente. Sed in hoc actio capitur dupliciter. vno modo philosophice. et sic secundum doctorem sanctum in hoc tercio lectione quarta colūna sexta simpliciter est in patiente. quia actio est morus vt dictum est. et motus est in mobili. Alio modo capitur actio logice. et sic secundum eundem doctorem in multis passibus actio est in agente. quia est forma secundum quam agens dicitur formaliter agere. sed necesse est formam esse in eo cuius est forma. et hoc est quod dicitur Gilbertus. quod actio est secundum quam agere dicimur. scilicet formaliter in id quod subiicitur. Et non potest dici quod ista propositio secundum dicat circumstantiam principij siue efficientis et non forme. quod probatur dupliciter. primo. quia tunc se querit quod forma subalis est actio. et etiam naturalis potentia. quia sunt principia effectiua ipsius agere. Item secundo. quia Gilbertus per. ponit istam definitionem. scilicet formaliter ad definitionem quatuor. posita ab Aristotele. scilicet manifestum est quod ibi secundum dicitur circumstantiam cause formalis. et etiam in definitione actioem dicitur eadem circumstantiam. et sic actio facit formam quod est in agente. Exempli gratia. in igne calefaciente inueniuntur quatuor per ordinem. primo forma subalis ignis quod est primum et principale

principium actioem et remotionis. Deinde inuenitur ibi naturalis potentia quod etiam est principium effectum sed primum. Tercio inuenitur calor de tercia specie quatuor. Et nullus istorum est actio. quia ista potentia est in igne ab seipso hoc quod ignis agat. Est ergo quarto in igne vna alia forma quod superadditur igni. quod ignis procedit de ocio in actum. id est de non calefacere in calefacere. et dicitur calefactio actiua. quod calefactio est in igne. et est immediatum principium effectiuum calefactionis passiue in aqua. et post illam calefactionem passiua quod est forma de predicamento actioem vltimum producit in igne calor quod est motus. et ideo passio immediata sit ab actioem quod morus. Sed autem actio logice accepta sit in agente per multiplicitatem probatur. Primo autoritatem. dicitur enim Aristotele. primo ethicorum. quod honor quod est exhibitio reuerentie est in honore. sed honor est actio honorandi. ergo actio est in agente. Nec potest aliquid modo dici de actioem immanente quod sit in patiente. quia tunc non est immanens sed transiens. Item de per se sanctum. hoc magis in multis locis quod vult quod actio sit actus in agente. quod vult fecit cum relatione ad patientem. dicitur enim sanctus. Thomas tricesima secunda distinctioe primo secundum aristotelem. quod quidam generalis vera secundum rationem suam signat aliquid vt inherens. sicut quatuor et quatuor. quod autem signat secundum rationem suam vt ab alio extrinsecus et non vt inherens. sicut proprie per se in actioem. Actioem enim quod actioem facit. vt ab agente et quod sit in agente hoc accidit sibi in quantum est actus. Et distinctioe quod dragesima articulo primo dicitur quod actionum quod transiunt in exteriori materia circa quam aliquid effectum operantur et in talibus est inuenire actioem in re agente. et passione in re patiente. Item quod dragesima distinctio. secunda secundum aristotelem. articulo quarto dicitur. Si actio sit in agente et passio in patiente non potest esse idem numero actus quod est actio et quod est passio cum actus non possit esse in diuersis subiectis. Et in libro de potentia materia octaua articulo secundo dicitur. nihil prohibet aliquid esse inherens quod tamen non facit vt inherens. sicut est actio quod non facit vt in agente. Sicut primo perib. in capitulo de verbo dicitur quod quibus fecit vt egrediens tamen est inherens. Etiam gubernatio est quodam actio dei vel creature que non potest esse in gustu bernardo sed in gubernare ergo actio erit in agente. Et iterum actio creatiua facit vt aliquid in creature et non in creatura. quibus creatio passiua sit relatio in creatura. sicut in primo huius dictum est.

Ar. Si actio est in agente sicut in subiecto. vel est ipsa forma subalis agentis. et sic agens ipse agere. quia per hanc illam formam in se vel est aliquid adueniens per modum. et si sic. tunc est. processus in infinitum. cum enim actio procedat motum non potest accipi per motum. Sed quod duplex est forma in agente. vna est quod principale principium agendi. scilicet remotionis sicut est forma subalis. et illa sit in agente. Et si dicatur. ergo agens ipse ageret. negatur prima. quia est duplex forma in agente vna remota. et per illam non dicitur agens formaliter agere sed effectiue. Alia est forma prima per quam dicitur agens formaliter agere. et ista forma non est in agente. sed quod procedit de ocio in actum. Ille autem processus de ocio in actum fit oino sine motu. sicut per se Aristotele. in septimo huius. quod dicitur. processus de ocio in actum non fit per alterationem. et ideo non oportet istam formam accipi per motum. si enim ista forma acciperetur per motum tunc est. processus in infinitum. quia motus fit in aliquid per actioem agentis. si ergo actio acciperetur per motum. ergo ante actioem in se ipsum retinetur motus. et iterum ille motus haberetur per actioem nem. et sic procederet in infinitum.

Ar. Actio est motus. et motus est in mobili. ergo actio erit in mobili siue in patiente. et per primum magis dicitur quod sit in agente. Sed in hoc argumentum probatur